ctoꝝ eq̄litas req̄rit̄ vt dicit Bal.ibidē. ergo hoc tāto ma
gis recuperādaꝝ reꝝ gr̄a ⁊ vbi ē ſuccurſum via ſupioris
vel iudicis vel vbi quis tentaret ꝯtra reſiſtentē ⁊ maxime
ex aliqua iuſta cauſa per no.per Bar.in.l.creditores.C.
de pigno.vbi dicit ꝙ pactū executiuū non pōt exerceri ꝯ̄
reſiſtentē ⁊ no.Pau.de caſt.ꝯſilio.x.incip.ſi vera ſunt in
prima parte antiquoꝝ ⁊ ꝑ Alex.in ꝯſil.cvj.in tertia parte
⁊ in ꝯſil.cxxx.⁊ ſeq.in quarta parte.Et facit q̄z vt dicā in-
fra cōtra violentias etiā ratione ꝯtractus vel dn̄ij reſiſtūt
iura ad eo q̄d nec per principē poſſunt taliter apprehēſa
ꝯfirmari.Quod videt̄ notabili ad cōgregationes gentiū
que fiunt quottidie ad inuaſiones vel occupationes bo-
noꝝ ⁊ poſtea formata requiſitione de vnione armis ⁊ vio
lentia ac vultionibus comparēt inquiſiti ⁊ allegant rē ha
bere originem a contractu ⁊ criminaliter non fore proce-

dendũ q̈2 videt̃ ꝙ nõ debeant audiri q2 dictum decretuꝫ
non debet dici habere locuꝫ in tali caſu per predicta ⁊ ne
det materiã delinquẽdi ⁊ turbandi ſtatum quietũ ciuita-
tum quas quietas ac paccatas eſſe decet.ff.de offi.preſi.
l.cõgruit.nec ſiſr tenuiores opprimẽdi eo.ti.l.illicitas.Et
ſic ne abſurda intelligat̃.l.ex facto.ff.de vulg.⁊ pupil.ibi
⁊ eniꝫ iniquũ ⁊c̃.ff.de leg.j.l.filius.iiij.di.c.erit aũt lex.ff.
de ope.lib.l.nã ⁊ abſurdũ.⁊ per no.per Pe.de ancha.in
cõſi.ſuo.cclxix.incip.in xp̃i noĩe in primo dubio.p Alex.
in cõſi.lxiij.in ſcõo vol.⁊ p Bal.in.l.ↄuenticulã.C.õ epi.
⁊ cler.vbi per eos late ꝙ nulla diſpõ dꝫ vnꝙ̃ ita large in-
telligi ꝙ poſſit ſequi abſurdũ.⁊ ſic ꝙ poſſit auferri dñiuꝫ
vel poſſeſſio alteri nõ citato vel abſqꝫ ipſius culpa quo-
niã ſm eos ẽt impator hoc nõ poſſet.extra de cã poſ.⁊ ꝑ
p2ie.c.j.cũ alijs per eos allegatis.⁊ facit bo.tex.i.l.iij.⁊ in
l.meminerint.C.vnde vi.vbi p2iceps nõ vult ꝑ reſcriptũ
ſuum ↄcedere vt quis poſſit per vim occupare.ergo nec
per dictũ decretũ vt ſane intelligat̃ dꝫ dici vigore cõtra-
ctus quẽ fieri excuſabilẽ ab violẽtijs oppreſſiõib⁹ ⁊ con-
gregationib⁹ gentium. ¶ Et hoc ne ẽt ſub ſpe ĩpunitatis
videant̃ homĩes quodãmodo ad arma ⁊ violentias fieri
audaciores.l.j.§.j.ff.ſiquis teſta.lib.eſſe iuſ.fue. ¶ Item
ne alias ſimiliter videant̃ iura punientia talia delicta eſſe
correcta ſed vt decretũ magis reſtringat̃ ad ea: vt.l.ij.C.
de nox.c.cum dilectus.extra de conſue.cuꝫ ſimi. ¶ Et q2
de iure cõi rõne dominij nõ licet vim cõmittere.tex.eſt in
l.iij.§.eum igitur.ff.de vi ⁊ vi arma.per Panoꝛ.in.c.ſol-
licite.extra de reſti.ſpo.⁊ no.Bal.in.l.data opera.col.fi.
v̈.ſed qd ſi non perdidi poſſeſſionẽ in totũ.C.qui accuſ.
nõ poſ.vbi dicit ꝙ ſola rõ ꝓprietatis nõ facit bellũ licituꝫ
inter priuatos nec titulus in violẽtia expulſiua ꝓdeſt non
poſſidenti. ¶ Sicut ẽt de ſñia dicit Inno.in.c.cum nr̃is.
de conceſ.preben.do.Abb.in.c.accepta.in.ij.col.circa fi.
extra de reſti.ſpo.Fulg.in cõſi.cxlviij.col.ij.Et qõ de te-
ſtamẽto dixit ideꝫ Inno.in.c.cũ in officijs.extra de teſta.
refert ⁊ ſequit̃ Bal.in auc̃.licentiã.C.de epi.⁊ cleri.vbi
dicit ꝙ cũ poſſeſſio ciuilis proprietatis relicte per defun
ctum ꝑlatum reperit̃ penes eccleſiã. Ideo heres cui pre
latus reliquit ipſaꝫ ꝓprietatem nõ põt ꝓpria auctoritate
occupare ⁊ ſi illã occupat incidit in penã.l.ſiquis in tan-
tam.C.vnde vi.nec excuſatur obtentu teſtamenti licet al's
in re vere ad ſe ꝑtinẽti ⁊ a nemine poſſeſſe iure teſtamẽti
⁊ reali inſtitutiõis vel ſucceſſiõis ẽt ab inteſtato diceret̃
ab oĩ occupatiõe excuſari ⁊ illa eſſet licita qõ dicit Bal.
valde notandũ.Et eſt dcm̃ iudicio meo ẽt notandum ad
decretũ de ↄtinuãda poſſeſſione defuncti in heredem vt
illius bñficium debeat dici nõ cõpetere tali heredi ꝑlati ĩ
tali ꝓprietate q2 illud nõ cõpetit vbi alius ciuiliter poſſi-
deat licet defunct⁹ nãliter poſſideret vt eſt vſufructuari⁹
ſm Imol.in cõſi.ſuo.xvj.incip.viſo caſu trãſmiſſo.Et fa
cit melior tex.i.c.j.de pace tenẽ.in p2i.in.v̈.ſiqs vero.vbi
formal'r dicit.Si quis vero aliqõ ius de quacũqꝫ re vel
facto contra aliquẽ ſe habere putauerit iudicialem adeat
poteſtatẽ ⁊ eam per ius ſibi cõpetens exequat̃.ſubijciẽs.
Cõuenticulas quoqꝫ in ciuitatib⁹ oẽs ↄiuratiões ⁊ extra
etiã occaſionẽ parẽtelle ⁊ inter ciuitatẽ ⁊ ciuitateꝫ ⁊ inter
ꝑſonam ⁊ perſonam ſiue inter ciuitatẽ ⁊ ꝑſonã mõis om
nibus fieri ꝓhibem⁹ ⁊ in p̃teritũ factas caſſamus ſingulis
cõiuratoꝝ pena vnius libre auri puniendis.⁊ glo.ibi ſuꝑ
v̈bo quacunqꝫ.⁊ exponit ⁊ dicit ideſt quã alij ius ſibi dꝫ
ex contractu maleficio vel quaſi.⁊ ſic eſt ibi tex.cõiuncta
glo.exꝑſſus ꝙ nõ licet rõne cõtractus per vim aliquid cõ
ſequi nec congregationẽ facere ibi iudex adiri põt ⁊ per
eum ius ſuũ conſequi. ¶ Et facit q2 etiã obſtat decretũ
de vnione. ¶ Pondero etiaꝫ ꝓhemiũ ipſius decreti ibi
ne ſubditi noſtri exaſperante malitia obp2obrioſe vexen
tur fatigenturqꝫ pluſq̃ patiatur debitũ rationis ergo a cõ
trario ſenſu pñt vexari iuxta debitũ rõnis ⁊ ſic in caſibus
predictis in quibus de iure cõmuni vexari licet per no.ꝑ
Bar.in.l.oẽs populi.in.vj.q.p2icipali.v̈.iuxta predicta.

ff.õ iuſti.⁊ iur.vbi dicit ꝙ ſi caſus qui venit a ↄtrario ſen
ſu eſt deciſus de iure cõi tanꝙ̃ obmiſſus relinquit̃ diſpo
ſitioni iuris cõis.Argumẽtũ enim a ↄ̃rio ſenſu ĩ decrecto
qõ eſt lex.principis vt habet̃ in auc̃.omnes peregrini.C.
com.de ſucceſ.eſt validũ de iure vt habet̃ in.l.j.§.huius
ſtudij.ff.de offi.eius cui mãda.eſt iuriſdi.per Bal.in.l.
apud antiquos.C.de fur.in.l.ij.C.de cõdi.inſer.in.l.con
uenticulaꝫ.C.de epiſ.⁊ cleri.do.Anto.⁊ Imol.in.c.cum
apoſtolica.de his q̃ fiunt a ꝑlato ſine ↄſenſu capi.Pau.
de caſt.ↄſil.lxxxiiij.icip.ꝑſens caſus in p2ia parte nouoꝝ.
¶ Faciũt etiam no.per Bal.in.l.data opera in fi.col.C.
qui accuſ.nõ poſ.vbi ẽt cõcludit qõ ſupra dictũ eſt ſcilꝫ
ꝙ ſi poſſum res meas recuperare ꝑ preſidem nõ poſſum
cõgregare ⁊ pugnare alias ſic dũmõ faciã incõſequẽti ⁊
ſi facio punior.l.ſiquis ad ſe fundum.C.ad.l.iul.de vi.l.
nullus.C.de iudi.ff.qõ me.cã.l.extat.⁊.ff.finiũ regun.l.ſi
cõſtiterit de quo etiã per eundẽ in.l.j.in.v̈.extra.C.vnde
vi.⁊ in.d.l.ſiquis ad ſe fundum in primo notabili ⁊ per
Panor.in.d.c.cuꝫ olim. ¶ Nec habet obſtare ſi dicat̃ ꝙ
ĩmo videtur ipm̃ decretũ debere intelligi etiam in cõgre
gatiõe alias illicita ⁊ ſic etiã in alijs caſibus alias illicitis
de iure cõi dũmodo habeãt originẽ a cõtractu ⁊ ſapiant
naturã cõtractus vt ſic fauore pene euitãde ipm̃ decretũ
largiſſime intelligatur ꝑ tex.in.l.fi.ff.de ↄſti.p2in.⁊.l.ſi de
interp2etatione.⁊.l.preſes.ff.de penis.⁊.ff.ad ſille.l.iij.§.
queqꝫ.⁊ ſic etiã vt aliquid operet̃ vltra ius cõe.Quia re
ſpondet̃ ꝙ iſte reſtrictiones ſunt etiã ex mẽte ipſius de-
creti vt pꝫ per p̃dicta verba ꝓhemij que per arg.a cõtra
rio ſenſu vt dixi operant̃ vt quis poſſit vexari iuxta debi
tum rõnis ergo ſunt admittende per no.ꝑ Bal.in.l.non
ſine.C.de bo.que lib.⁊ ꝑ Rapha.comẽ.in ↄſi.ſuo.cxxvj.
circa mediũ vbi inquiũt ꝙ reſtrictiones que ꝓcedunt ex
mẽte ſtatuti admitti dñt intentio enim ſtatuti ſeruãda eſt:
vt.ff.de legi.l.benignius.⁊.ff.ad exhibẽ.l.penul. ¶ Iteꝫ
etiam cõcurrũt oẽs regule iuris que ſunt ille quas p̃dixi
ſcilꝫ de abſurdo vitando ⁊ vt plus adeptetur ad ius cõe
q̃ ſit poſſibile ⁊ ne illud corrigat iuribus allegatis ⁊ con
ſuluit comẽ.in p̃allegato ↄſi.ſuo.cxxvj.⁊ ꝑ Pe.de anch.
in ↄſi.ccclxj. ¶ Preterea vt patebit ex infra dicẽdis etiã
ſtantibus p̃dictis reſtrictionib⁹ tñ ſatis operat̃. ¶ Et ſic
videt̃ hec reſtrictio vera. ¶ In qua ⁊ ſi plura dici poſ-
ſent tamẽ pro motiuis dubioꝝ ſufficiant hec modica qm̃
⁊ ipſos iuriſcõſultos duabus vel tribus rationibus pro
⁊ cõtra fuiſſe oſtendit nẽſenius amicus pauli iuriſcõſul
ti.ff.de neg.geſt.l.nẽſenius apollinaris q2 ſufficit vna rõ
ↄcludẽs q̃tum nulle.ff.de his q̃ teſta.delẽ.l.prox̃.quãto
tñ plures tãto p̃ualẽtiores.ff.ad treb.l.q filiũ.§.ſabinus.
ff.de mino.l.emilianus largianus. ¶ Recipiũt tamẽ hec
reſtrictionẽ ſiue declarationẽ videlꝫ vt ꝑ ↄ̃riũ nõ habeãt
locum in caſibus in quibus alias licet ratione contractus
propria auctoritate iuſdicere de quibus per glo.in.d.l.ex
tat.⁊ per Spec.in ti.de aduo.§.j.ver.qui vult propria au
ctoritate ⁊ ꝑ Bal.in.c.j.§.j.in p2in.de pace iura.fir.⁊ per
Bar.in.l.iij.C.de pig.⁊ per Bal.in cõſil.cccxxxij.incip.
punctus queſtionis in.iiij.vol.vbi dicit de eo qui habet
titulum ⁊ licentiam de ingrediendo propria auctoritate.
¶ Et per rõnes ſupraſcriptas eodẽ modo etiã ꝑ contra
rium debet dici dictum decretũ nõ habere locũ ⁊ volen
te reſiſtere in caſibus in quibus non licet reſiſtere q2 vbi
nõ licet reſiſtere dicit̃ quis vim facere per not.per Bar.
in.d.l.iij.⁊ in.l.j.C.vnde vi.per Panor.in.d.c.oliꝫ ⁊ per
Cepol.in ↄſil.iiij.⁊ facit.d.l.qm̃ multa.Et ſic eſt dicendũ
ꝙ ſiue quis congreget gentes ad occupandũ ſiue ad reſi
ſtendũ vbi nõ licet de iure nõ debebit excuſari vigore di
cti decreti q2 eſt eadẽ rõ in vtroqꝫ cũ vterqꝫ faciat illicite.
¶ Octauo vt nõ habeat locũ in cõtractu procurato vel
doloſo de quo licet extet declaratio principis qui ita di-
xit in cõtractu doloſo declarando ipſum decretũ tamen
in contractu procurato allego tex.in.l.j.in fi.ff.de abig.ibi
ſi nõ color abigeat⁹ queſitus.glo.l.congruit.in fi.ibi vtrũ
ſimulato

ſimulato furoꝛe facinus admiſiſſet.ff.de offi.preſi.⁊ tex.
in.l.miles.§.mulier.ff.de adul.⁊ que ibi no.Bar.ꝑ illuꝫ
tex.ff.ſiquis caut.l.ij.§.ſimili modo in ver.affectauerit ⁊
que no.per Bar.in.l.ſiue autē.§.ſi duobus.ff.de publi.
vbi dicit ꝙ nō ſufficit habere titulum procuratū ad fineꝫ
repellendi agentem contra ſe ⁊ ꝑ Panoꝛ.in.c.quoniā fre
quēter in ver.ſi.extra vt lite nō cōteſt.vbi dicit ꝙ ad no
minādū venditoꝛē in iudicio nō admittatur qui emit ſciē
ter a vitioſo poſſeſſoꝛe de quo etiaꝫ per eundē in.c.ſepe
col.ſi.de reſti.ſpo.⁊ ꝑ no.per Ang.Bal.⁊ doct.vbi etiaꝫ
do.Alex.in.l.ſi ſeruus pluriū.§.ſiquis ante.ff.de leg.j.⁊
per Cepol.in cautela.cix.vbi dicit ꝑuentionē iuriſditiōe
procuratā ſuper crimine nō prodeſſe. Et ꝑ eundē in cau
tela.xviij.vbi idem dicit de procurata inimicitia cōtra te
ſtem vt tanꝗ inimicus repellatur qꝛ non prodeſt de quo
etiā per Bal.vbi do.Alex.in.l.nō exigimus.§.illud.ff.ſi
quis cau.Et quod etiā no.in cautela.xvj.cū quo concoꝛ
dat Aret.inſti.de actio.§.penales in.v̄.oppono extra glo.
Et quod etiā dicit in cautela.xxviij.vbi allegat text.in.l.j.
§.j.ff.ſiquis teſta.lib.eſſe iuſ.ſue.qui dicit natura equuꝫ
eſt nō eſſe impunitū eum qui aliqua ſpe audatioꝛ factus
eſt ⁊ iō Bar.ibi no.illū tex.ꝯtra eū qui ſciēs pacē de pro
ximo promulgandā feſtinat ad delinquēdū ꝓpter ſpem
īmunitatis. Et faciunt not.per Pau.de caſt.in.l.j.§.j.ff.
de actio.emp.vbi per illuꝫ tex.dicit ꝙ ſiquis ſciuerit per
cōe debere fieri ſtatutū vt frumētū nō vendatur niſi pro
tanto precio ⁊ ipſe ꝓcurauerit vendere alicui pro maioꝛi
precio qꝺ poterit cōueniri actione de dolo qꝺ eſt notañ.
Quod facit cōtra eos qui ſcienter denarios munitos bā
nitos Mediolani in alijs ciuitatibus dñij etiā bāniēdos
prout fuit factum hoc anno ꝓcurauerūt illos expendere
vendere vel mutuo dare vt cōtigit in pluribus qꝛ contra
eos videſ poſſe agi actione de dolo de quo etiā ꝑ Fely.
in.c.ij.in col.iij.in.v̄.ſcdo limita.extra de cōſti. Ad idem
qꝺ not.per Dy.in regula peccatū.de reg.iur.li.vj.vbi di
cit ꝙ nō gaudet bñficio ceſſionis qui ſub ſpe huius bñfi
cij plura debita ꝯtraxit. Et qꝺ etiā no.Cepol.in cautela
ſua.xxx.⁊ ꝑ doc.in.l.ſeruus cōis.§.qui vero mandati.ff.
de fur.vbi dicūt ꝙ ꝓpter ambaſiatā ꝓcuratā nō tenebiſ
cōe emēdare dānū ambaſiatoꝛibus ſi in itinere fuerūt de
robati lꝫ alias teneretſ de quo etiā per Barba.in conſi.
lxxxvj.in prima parte ⁊ Fely.latiſſime in.c.ſi.de teſtibus.
Et faciunt que no.per Rotā deciſio.ccliiij.in ſi.vbi dicit
ignoꝛātiā affectatā haberi pro ſcientia ⁊ eſt glo.pondera
ta ⁊ Gemi.in.c.ſi.§.vt auteꝫ.de offi.dele.glo.i.c.ad falſa
rioꝝ.de crimine falſi glo.in cle.j.de ꝯſang.⁊ affini.⁊ glo.
in.c.eos.de tēpo.oꝛdi.⁊ per Bal.in.d.l.quicūqꝫ.v̄.Iteꝫ
facit ad ſtatutū.C.de ſer.fugi. ¶ Limitanſ tamē hec oīa
vbi quis doloſa ꝓcuraſſet ſecus ſi aliqua iuſta cauſa per
tex.in.l.atqui natura.§.cū me abſente.ff.de nego.geſt.ita
Alber.⁊ comē.vbi etiā moder.in.d.§.ſiqs ante. Et dicit
Bal.in ꝯſi.ccclxxxviij.incip.factū tale eſt in.ij.col.v̄.Itē
quomō in prima parte ꝙ figmēta nunꝗ debēt ad excuſa
tionem prodeſſe ⁊ qꝺ imo durius delinquit qui fraudat
legem ꝗ qui expꝛeſſe facit cōtra legē.ff.de ope.liber.l.ſi
libertus minoꝛē. ¶ Que omnia notāda ſunt pro licētijs
que ſepe cōcedunſ eis qui bona alterius rapuerūt ⁊ po
ſtea inquiſiti de violentia vel furto obtinent licentias de
pignoꝛādo pro taxis equoꝝ vel ſallis ⁊ dicunt ſe pignoꝛa
accepiſſe vigoꝛe licentie ſibi cōceſſe pro debito ſalis vel
taxaruꝫ equoꝝ ⁊ hoc ne poſſunt inquiri de furto vel dici
qꝺ inciderint in penā decreti de maioꝛi magiſtratu. Sed
tales licentie nō haberēt excuſare vbi cōſtaret qꝺ eas do
loſa habere ꝓcurauerint vel vbi cōſtaret ꝙ poſt factum
eas obtinuiſſent. ¶ Difficile tamē de hoc cōſtare poteſt
quoniā calide impetranſ ⁊ calide ꝯcedunſ ⁊ eis repetiſ
dies qui precedit delictum. Sed ad coniecturas eſt re-
currēdū que cognoſcuntur ex antedictis ⁊ factis: vt no.ꝑ
Bar.i.l.fulcinꝰ.§.qd ſit latitare.ff.ex qui.cau.i poſ.ea.ꝑ
glo.i.l.apud celſum.i pri.in glo.ij.ff.ꝺ doli exce.Bar.in

l.j.in.iij.col.C.de ſer.fugi.Ang.in cōſil.cccxc.⁊ ꝑ Alex.in
conſi.j.in.vj.col.in tertio vol.⁊ ibi per eū.ꝙ attendiſ prin
cipale ꝓpoſitum ⁊ illud cognoſcitur ex prius dictis. Pre
ſtabit cōiecturā etiā inimicitia illius vel qꝛ conabaſ eum
ſubijcere iuriſdicſ.eius vel vrgere eum ad aliquas pre-
ſtantias tanꝗ ſubditus eius ⁊ tamē non erat debitoꝛ pro
ipſis oneribꝰ non ad ea contribuere erat ſolitus nec tene-
batur ⁊ ille ſciebat vel ſcire poterat.⁊ ſic de ſi. Arbitraria
enim hec ſunt ⁊ colliguntſ ex mu tis.⁊ ꝓpterea Bal.in.l.
ſiue poſſidetis.⁊ in.l.neqꝫ natales.C.de ꝓba.⁊ i.l.nō hoc
C.vnde cog.dicit ꝙ ꝓcedentia declarāt ſequētia ex perſo
na in loquēdo ex ꝑſona in faciendo ⁊ ex alijs ꝓſumptio-
nibus pro quibꝰ videnda ſunt que no.per doc.in.c.tertio
loco.extra de preſump.per Areti.in lib.maleficioꝝ.⁊ gl.i
v̄.fama publica.poſſet deueniri ad iuramentuꝫ calūnie ꝑ
no.per doc.in.l.ſi poſt ꝑfectionē.C.de euicſ.vbi habetur
ꝙ emptoꝛi pōt deferri iuramentū calūnie an ſubmiſſerit
eum qui mouit litem cōtra venditoꝛē. Nam ⁊ in crīalibꝰ
iuraſ de calūnia: vt no.Bar.in.l.is qui reus.i.vij.col.ff.
de pub.iudi.⁊ ſentit in.l.j.ff.de his qui moꝛ.ſibi conſci.⁊
no.in.c.j.extra de iur.cal.⁊ per doc.in.l.j.C.eo. ¶ Arbi-
troꝛ tamē ꝙ vigoꝛe talis licētie quis nō poſſet euitare iu-
dicium criminale: qꝛ ad hoc vt poſſit dici venire appella
tione ꝯtractus deberet eſſe iudicialiter conceſſa ⁊ ſic per
contradictionē: vt dicā infra.vidi tamē aliqñ aliter obſer
uari ſed male: qꝛ poſſet ēt dici ꝙ cōceſſa ſine ꝯtradictiōe
⁊ parte nō citata eſſet nulla ⁊ nō bēret excuſare ſicut nec
decretū iudicis inualidū iuxta ea que dixi ſupra. Et hoc
ſit dictū ex eo ꝙ ſolent eſſe officiales ſalis ⁊ taxaꝝ ſibi ma
gnam auctoꝛitatē vendicātes ꝯcedere tales licētias etiaꝫ
parte nō vocata. Sed male ac nulliter īpetrātes etiaꝫ eas
quibus aliqñ ꝯceduntur generaliter contra omnes debi
toꝛes camere eis abutunſ qꝛ earum pretextu attentāt ali
quid qñqꝫ contra ciues ⁊ non ſubditos nec obligatos ſꝫ
inexcuſabiliter per ea que dixi ſupra in tertia limi.⁊ ſeq.
¶ Uerum qꝛ dicit Imol.in conſi.iiij.in pe.col.ꝙ tales li
centie preſumunſ precedere pignoꝛationes.per nota.per
Bar.in.l.non ſolū.§.ſed vt probari.ff.de oper.no.nun.
Ego arbitroꝛ ꝙ imo debeat conſtare ipſas prius fuiſſe
conceſſas: qꝛ ita videtur ſentire Alexā.in conſi.ſuo.lij.in
tertio vol. Et faciunt no.per Fede.de ſe.in cōſi.ſuo.lviij.
in ſi.col.in ſi.vbi dicit ꝙ ſi per ſtatutū dimidieſ pena qñ
pax preceſſit proceſſuꝫ curie ⁊ contingat ꝙ eadē die qua
inceptus eſt ꝓceſſus ſit facta pax ⁊ malefactoꝛ nō probet
ꝙ pax preceſſit ꝓceſſum curie ꝙ debebit cōdēnari reus
inſolidum quia ad dimidiandam penam neceſſe eſt pro
bare ꝙ pax preceſſit ꝓceſſum. Faciunt etiam que no.per
Cepol.in conſi.lxiiij.colum.iiij.⁊ que not.per Alexan.in
cōſi.xxxiiij.in primo volu.vbi dicit ꝙ quādo tempus eſt
fundamētū intentionis alicuius illud ꝓbari dꝫ alias non
releuaret.l.matrē.C.de proba.l.cū actum.ff.de neg.geſt.
⁊ no.in cle.ſi.de reſcrip. Faciūt etiam que dixi.ſ.in ſcdā
limitatione quoniā ſi opoꝛtet ꝙ quis probet ſe fuiſſe mo
tum ad quid faciendū ex tali cauſa ergo cōſequēter vide
tur ꝙ habeat probare ꝙ tunc tempoꝛis erat ꝯceſſa dicta
licentia qꝛ ſi nō fuiſſet conceſſa nō potuiſſet eius vigoꝛe
moueri ad ſic faciendū videnda tamē ſunt no.in.d.§.ſed
vt probari per Areti.in.c.cuꝫ dilecti filij extra de accuſa.
per Fely.in.c.preſentia de ꝓba.per Areti.in trac.maleſi.
in glo.in ver.de anno preſenti vbi etiam alij ſcribentes.
¶ Extra autem iſtos caſus pro nunc ſtabit decretū ⁊ au
dietur quis allegādo rem habere originē a cōtractu.⁊ ſic
per ꝓcuratoꝛem ⁊ abſqꝫ alia ꝯſtitutione licet de iure cōi
eſſet ſecus in caſibus in quibus ingeriſ pena ſanguinis.
l.pe.§.ad crimen.cum ibi no.per Bar.ff.de pub.iudi.ꝑ
glo.⁊ doc.in.l.ſeruum quoqꝫ.§.pub.ff.de ꝓcu.in.l.reos
C.de accuſa.per Ang.in dicto tracta.in gl.in ver.qui iu
dex videns ꝙ inquiſiti nō comparent. Et ſic tollitur ob-
iectum factum ꝙ decretum nihil habeat operari quoniā
imo in alijs caſibus exceptis predictis habebit locū ⁊ ſic

quis audietur in eis per ꝓcuratorē ⁊ abſq3 alia cōſtitutione. Et probato rem habere originē a contractu pronūciabitur ciuiliter procedēdū fore quod ſufficit per no.in d.l.j.in princi.ff.ad.l.fal.cum concor.

¶ Verum q2 vt inquit Comen.in.d.eius cōſi.xxx.in.iij.col.vna diſpoſitio pōt in vna parte reſtringi ⁊ in alia latiſſime interpretari ideo pōt ipſum decretu3 in illis verbis que vel quod ſummi poſſit pro negocio quod habet originem a contractu ⁊ ſapiat naturā contractus dici generaliter eſſe intelligendū ⁊ ſic ꝙ cōprehendat omnē actu3 ⁊ contractū tam verbo q̄ re per tex.in.l.labeo ⁊ ſeq.que incipit verba contraxerunt.ff.de ver.ſig.⁊ ſic etiā omne3 obligationem que habet originem a delicto per text.in.l.omnem.ff.de iud.ibi quāuis ex crediti cauſa nō debeat ⁊ per no.ꝑ glo.in.d.l.labeo ⁊ in auc.in qua prouincia.C.vbi d̄ crimi.agi oportet. ¶ Et ſic etiā teſtamentū per no.per glo.in.d.l.verba ⁊ melius in.c.j.§.ite3 ſacramenta in glo.in verbo contractibus vltra mediu3 de pace iura.fir.vbi dicit glo.ꝙ teſtamentū cōnumeratur inter cōtractus ⁊ faciunt no.in.l.ſi ſeruum filij.§.eum qui cirographum.ff.de lega.j.vbi licet arguere a cōtractibus ad vltimas voluntates ⁊ no.Bal.in.l.cum teſtamentū.C.de teſt.vbi ēt Mod.no.⁊ idem Bald.in.l.j.C.de lege ſuf.canina.tol.Ange.de arc.inſti.eo tit. Et hoc q2 ſumus in permiſſiuis ⁊ fauorabilibus ergo ide3 debet dici de teſtamēto qđ de cōtractu per Bal.⁊ Areti.vbi.ſ. Item q2 agitur de tollenda pena ergo late interpretādū iuribus allegatis. Ad ide3 q2 etiā de iure cōi equiperant teſtamētū ⁊ ꝯtractus ad excluſionē delicti tex.eſt in.d.l.igitur.ff.de libe.cā. Et facit q2 eadē ratio videtur militare in teſtamēto que militat in cōtractu. Sed ratio in cōtractu eſt ne quis vexetur indebite ⁊ pluſq̄ patiat debitū rationis ergo debet fieri extenſio de ꝯtractu ad vltimā voluntatē per not.per glo.⁊ doc.in.l.ſi cōſtante.ff.ſol.ma.in prin.vbi ꝑpter identitatē rationis fit extenſio ad caſu3 equiperatū de iure cōi ⁊ ꝯſuluit Areti.in ꝯſi.xxx.⁊ no.glo.vulga.in.l.ſiqs ſeruo.C.de fur. ¶ Et hiſdē rationibus etiā ſniam q2 ēt ſententia venit appel.cōtractus: vt per glo.in.d.c.j.ſuper verbo cōtractibus q2 in iudicijs quaſi cōtrahitur: vt.l.iij.§.ide3 ſcribit.ff.de peculio. Iudicia enim ⁊ ſtipulationes equiperant dicit ibi tex.ergo d3 eſſe eadē iuris cenſura q2 in ſtatutis que ſunt preter ius vel ad iure cōis imitationem fit extenſio ad ſimilia: vt no.Bar.in.d.l.omnes populi.⁊ Comē.in.d.cōſi.ſuo.xxx.in.iij.col.ff.de legibus.l.de quibus.C.de interdictis.l.j. Quinimo dicit glo.in.l.⁊ ſi poſt tres.ff.ſiquis cau.de qua meminit etiā do.Alex.in.l.ij.§.queſitū.ij.col.eo.tit.qđ magis fauetur iudicijs q̄ contractibus de quo etia3 per Panor.in.c.j.col.fi.de preſcrip.per no.per glo.in regula delictū prelati de reg.iur.lib.vj. Et ſm Bar.in.d.§.ſcribit.idem eſt in ſentētia interlocutoria q2 ⁊ in ea dicitur quaſi cōtrahi nā ⁊ ex ea dicit oriri actionē in factū vt ibi per eu3.⁊ per Fely.in rubrica extra de re iudi.col.fi.vbi latiſſime reaſſumit ⁊ reſtringit ad interlocutoriā habentē vim diffinitiue ſm Bal.in.l.j.in fi.ff.ſiquis iuſdi.nō obtē.vel vbi mādatur aliquid dari vel fieri alias ex interlocutoria dicit oriri except.tantum ſm Butri.ibidē per glo.in cle.fi.de appel.vbi Imol.⁊ habetur per Spe.in ti.de arbi.§.penul.v̄.quid ſi pendente ⁊ in tit.de accuſ.§.j.v̄.quid ſi latro.vbi dicit ex iudicijs ⁊ arbitrijs reſultare cōtractus vel quaſi. Quod eſt notādū ad licentias que cōcedunt de pignorādo vel aliud faciēdo q2 ēt vigore dicti decreti quis euitabit accuſationem furti ⁊ aliud iudiciū criminale allegando ipſam licentia3 l3 alias nō audiretur per ꝓcuratorē ⁊ abſq3 cōſtitutione cōtenderet ad eius merā defenſionē ⁊ contra accuſatum multa poſſent opponi que requirerēt iudicialem cognitionē ⁊ ſic accuſati preſentiā. ¶ Et pariter videtur ꝙ cōprehendit etiā confeſſionē q2 etiam per cōfeſſionē dicit quaſi ꝯtrahi ⁊ ex ea oritur actio: vt.ff.ad.l.aql.l.proinde.§.ſi ꝓcurator.⁊.ff.de interrog.actio.l.ſi ſeruū per Bar.in.l.j.circa fi.ff.d̄ priua.delic.Areti.in trac.maleſi.in glo.in.v̄.⁊ veſtem.celeſtem.v̄.quid ſi fur cōfitetur. Bal.in.l.poſt lite3 col.fi.v̄.vno quero quid ſi extraiudiciū.C.ex delic.defun.per Gand.in trac.maleſi.in rub.de alijs qōnibus varijs in maleſ.col.pe.v̄.item pone. ¶ Qđ videtur facere pro his qui nō pñt oſtendere inſtr̄m locatiōis ⁊ habent inſtra ꝯfeſſionum de penſione ſoluta. ¶ Item quicquid pertinet ad ꝯtractū ⁊ ſic ſiue principalr̄ ſiue in cōſequentiā: q2 illud verbū origine3 ita capitur: vt habet per Bal.in.l.iij.per illum tex.C.māda.⁊ faciunt que habent per eundē in.l.eos.in.j.col.v̄.extra quero.C.de temp.appel.⁊ in.c.j.de benefi.feud.⁊ faciunt no.per Bar.in.l.ſolent in fi.ff.de alimē.⁊ cib.leg.per Bal.in rub.C.de reb᷒ credi.per do.Franciſ.in.c.cū.p.māconella.extra de accu.vbi ſtatutū loquēs de aliqua cā extēdit ēt ad ꝑtinētia cōſequēter vel antecedēter.⁊ vnū verbū ponit idē do.Frā.in.c.cōſtitut᷒el.ij.col.fi.extra de teſti.⁊ eſt bon᷒ tex.in.l.cū hij.in prin.ff.de trāſac.vbi quicqd de alimētis tangit dicitur cā alimētoꝝ ⁊ gaudet hijſdē priuilegijs.⁊ ꝯſuluit do.Frāciſ.in cōſi.xxix.in.xij.col.⁊ ſeq.⁊ late per Imol.in cōſilio.cxxxix.cum duob᷒ ſeq.⁊ in cle.cām.per illū tex.in primo notabili de elec.⁊ facit cle.ij.de iudi.cum ibi no.⁊ aliquid per Pe.de ancb.in cōſi.xxxv.idem eni3 eſt iudiciū de cōnexis ⁊ depēdentib᷒ vt ibi per eos.⁊ ē tex.in.l.ſi cognati.C.de neg.ge.⁊.ff.de ſepa.bo.l.j.§.preterea.⁊.ff.de cōſti.pec.l.qui aūt.§.ſiquis.vbi dicit ꝙ ſufficit ꝙ illud qđ in cōſtitutum deducit ſit de acceſſorijs ad debitū licet ꝑ ſe principaliter nō ſit debitum. Et adduco tex.ad ꝓpoſitum in.l.ſi colonus.ff.de vi ⁊ vi arma.vbi ſicut quis non dicit iure facere ſi nō reſtituit poſſeſſionē dn̄o q2 adhuc durat cōtract᷒ locatiōis ita nō dicitur vim facere ſi nō reſtituit licet amplius nō duret locatio ꝑpter aliquā cauſa3 originatā ꝑpter ipſam locationē vt propter expenſas vel melioramenta licet in pacto non ſit ſolutio eoꝝ deducta. Poſſent etiā adduci no.in.l.tutor.ff.d̄ fideiuſ.⁊.l.qui id quod.ff.de dona.vbi dicit ꝙ nō titulus actionis ſed originalis cauſa eſt inſpicienda.⁊ concordat.ff.de lega.ij.l.cu3 filius.§.heres meus. Ad laudē dei oīpotētis Amē.

¶ Explicit tractatus ſuper decreto quādo res habet originem a contractu ⁊ ad criminales cauſas pertinentes.

¶ Impreſſus Papie per magiſtrum Bernardinu3 de Garaldis Anno dñi.1509. Die.9.menſis Octobris.

233 q 12

12

Tractatus ſiue Allegatiōes ſuper decreto quando res habet originez a contractu ⁊ ad criminales cauſas pertinentes.

✠